

Technische, Forst-, ökonomische und gärtnerische Botanik:

- Comes, A.**, La vita e l'ulivo a Capri. (Agricoltura Meridionale. IX. 1886. No. 12. p. 182.)
- Comes, O.**, La viticoltura nel tavoliere di Puglia. (I. c. No. 14. p. 209.)
- De Candolle**, Sur le type sauvage de la pomme de terre, *Solanum tuberosum*. (Archives des sciences physiques et naturelles de Genève. 1886. No. 5.)
- Ender, E.**, Bericht über die Ausstellung von Forstproducten durch die Moskauer Abtheilung der Forstgesellschaft. (Protokoll No. 335 der Kaiserlich Russischen Gartenbaugesellschaft zu St. Petersburg vom 12. October 1885.) gr. 8°. 6 pp. [Russisch.]
- Foëx, G.**, Cours complet de viticulture. 8°. VII. 856 pp. avec 4 cartes en couleur et 440 grav. Montpellier (Böhm et fils); Paris (Masson) 1886. 16 fr.
- Freundenberg, G.**, Die bekannteren bei uns cultivirten Nadelhölzer mit besonderer Berücksichtigung der Coniferenpflanzung zu Pillnitz. (Programm der Realschule zu Dresden 1886.) 4°. 10 pp. Dresden 1886.
- Girard**, Sur le développement végétal de la betterave à sucre. (Comptes rendus des séances de l'Académie des sciences de Paris. T. CII. 1886. No. 23.)
- Grandeau, L.**, La culture productive du blé. 8°. 48 pp. avec tableaux. Dijon (Ropiteau) 1886. 50 cent.
- Gyot, Charles**, Les forêts lorraines jusqu'en 1789. 8°. XXII. 410 pp. Nancy (impr. Crépin-Leblond) 1886.
- Schindler, F.**, Ueber die Leistungen der botanischen Analyse bei der Werthschätzung von Heusorten. (Fühling's landwirthschaftliche Zeitung. XXXV. 1886. Heft 7.)
- Schroeder, R.**, Nadelhölzer aus den Baumschulen der Petrowsky-Akademie auf der Ausstellung von Forstproducten, veranstaltet von der Moskauer Abtheilung der Forstgesellschaft zu Moskau den 5.—15. September 1885. („Garten und Gemüsegarten“, Organ der Russischen Gesellschaft der Gartenbau-Liebhaber zu Moskau. II. Jahrgang. No. 1 und 2.) [Russisch.]
- Sprenger, Karl**, *Asphodelus acaulis* Desf. Mit Abbildungen. (Deutsche Garten-Zeitung. I. 1886. No. 27. p. 320.)
- Sturtevant, C. Lewis**, History of Celery. With illustr. (The American Naturalist. XX. 1886. No. 7. p. 599.)
- Tschaplowitz, F. C.**, Untersuchungen über die Wirkung der klimatischen Faktoren auf das Wachsthum der Culturpflanzen. (Wollny's Forschungen auf dem Gebiete der Agriculturphysik. Bd. IX. 1886. Heft 1/2. p. 117.)
- Vilmorin, Henr. L. de**, Catalogue méthodique et synonymique des principales variétés de pommes de terre. 2e édition corrigée et augmentée. 8°. XI. 51 pp. Paris (Vilmorin-Andrieux et Co.) 1886.
- Wollny, E.**, Untersuchungen über die Feuchtigkeits- und Temperaturverhältnisse des Bodens bei verschiedener Neigung des Terrains gegen den Horizont. (I. c. p. 1.)

Wissenschaftliche Original-Mittheilungen.

Observationes de exoticis quibusdam Hepaticis.

Auctore

V. Schiffner.

Accedit tabula I.

In herbario c. r. Universitatis Pragensis thesaurus plantarum, quas collegit cl. Haenke in diversis partibus orbis, asservatur.

Phanerogamae pro maxima parte a beato Presl determinatae et ejus opere „Reliquiae Haenkeanae“ descriptae sunt. E Cryptogamis autem paucae tantum determinatae reperiuntur. Hepaticarum magnus numerus interest, sed vix triginta species earum, determinatae a cl. Lehmann Hamburgensi, de rebus bryologicis merittissimo, in „Synopsis Hepaticarum“ descriptae sunt.

Qua re excitatus sum, ut quaestiones de Hepaticis supra laudatis haberem. Eventus istarum quaestionum satis gravis esse mihi videtur, ut hoc loco de his rebus paucis verbis referam.

Tres mihi enim occurrebant species novae, quarum descriptiones sequuntur. De una earum specie, adhuc non satis nota, accuratiora tradam.

Praeter illas plantas Haenkeanas describam unam speciem novam e Riellarum genere, a cl. Battandier in Algeria lectam et a cl. Traub nomine praeditam. Haec rara stirps ab inventore admissa erat amicissimo meo J. Freyn, qui eam liberaliter mihi communicavit. Cui descriptioni nonnullas criticas adnotationes de illo mirabilissimo genere adjungam. Liceat mihi affirmare multum abesse, ut auctores jure prioritatis privare velim quamobrem confiteor, notam diagnosticam illius speciei jam ab cl. auctoribus investigatam et in litteris ad Freyn communicatam esse.

I.

Lejeunia repanda Schiffn. n. sp.

(Fig. 1.)

Diagn. L. caule repente inordinate ramoso, foliis subcontiguis, planis, incondite spatulato-ellipticis, apiculatis, marginibus inaequaliter repando-dentatis, lobulo pro more majore, subinvoluta, apice truncato, edentulo, cellularum contextu laxo, hyalino cellulis oblongis formato paucis cellulis majoribus subrotundis intermixtis, amphigastriis minutissimis bifidis, laciniis distantibus, fructu laterali, sessili in ramulis brevissimis, (quantum e junioribus solum observatis cognosci potest) amphigastrio involucrali majore latiore (Fig. 1 a), foliis involucralibus lobulis carentibus, lato-lanceolatis irregulariter fortius dentatis.

Habitat una cum aliis Lejeuniis ad folia Memexyli cordati in insula Mauriti.

Descriptio: Plantula tenera adpresso-repens in foliis Memexyli maculas discolores vix 1 cm diam. metientes format. Folia subspatulata apice extrorsum nitente incodita apparent. Margines cellulis prominentibus irregulariter dentati sunt. Lobulus paulum convexus seu involutus fere oblongo-rectangularis conspicitur. Cellularum contextus cellulis oblongis, ellipticis, leptodermis, circuitu parvis incrassationibus instructis componitur (ad instar illorum Phragmicomae Haenkeanae, quas Fig. 3 f. tabulae nostrae demonstrat, sed multo teneriores sunt). His cellulis

aequalibus nonnullae duplo fere majores intermixtae, quae tamen nequaquam ut in aliis speciebus affinis poris perforatae sunt.

Amphigastria minima, sparsa, non folio cuique adjacentes, pro parte radiculis suctoriis obiecta, lunulae cornua aemulantur. Fructuum stadium juvenile, quod solum observare potueram, tamen formam foliorum involueralium differentem late-lanceolatam, margines fortius dentatos, lobulos fere obsoletos monstrat.

Perianthium nondum satis perspicuum erat, sed cornuum ejus principia me animadvertisse puto.

Observ. Attribuenda est haec species, si systema Lejeuniarum in „Synops. Hepat.“ expositum adoptamus, sectioni III. Ceratantharum; subsectioni II. Aberrantium („Amphigast. bipartitis, laciniis subulatis divergentibus, nonnunquam obsoletis“).

Differt ab affinis praeter alias notas foliis dentatis et cellularum reti inaequali. A *L. perforata* nostra diversa est statura majore, foliis paullum latioribus, lobulo minore edentulo, foliorum contextu cellularum laxiore, cellulis majoribus minus conspicuis, non perforatis, amphigastriis minoribus.

Asseverare non audeo, nostram speciem referendam esse ad *Cordae Lejeuniam* transparentem vel *L. pertusam* ejusdem auctoris, species non satis notas et descriptas. Idem erit dicendum de nostra *L. perforata*.

Pro statu juvenili alicujus speciei affinis nostram plantam habere non possum, ut in Syn. Hep. p. 393 de *L. transparente* *Cordae* legimus, nam planta fructifera statum evolutum repraesentat.

II.

Lejeunia perforata Schffn. n. sp.

(Fig. 2.)

Diagn. *L. caule* repente inordinate ramuloso, foliis distantibus flaccidis subincondite-cuneiformibus apiculatis, marginibus inaequaliter repandis, cellularum contextu angustiore non hyalino, cellulis leptodermis circuitu non incrassatis rotundato-rectangulis formato, nonnullis (6—8) cellulis rotundatis quadruplo fere majoribus foramine pertusis intermixtis (Fig. 2 a.), apice truncato ibidemque bidentato, amphigastriis minutis bifidis, laciniis distantibus, lobulo majusculo subinvolutu. Fructificatio nondum observata.

Habitat una cum *L. repanda* nostra et *L. lunulata* N. ab E. ad folia Memexyli cordati in insula Mauriti.

Descriptio: Plantula subtilissima adpresso-repens flaccida, in foliis maculas discolores efformans. Folia prorsum erecto-patentia subspathulata vel magis cuneiformia modo apice erecta modo apice extrorsum nitente subincondita. Margines irregulariter repandi. Lobulus pro more permagnus subquadratus apice duobus dentibus obtusiusculis instructus est. Cellularum contextus cellulis circuitu non incrassatis fere rectangulis formatur quibus cellulae

magnae, quadruplo majores, inflatae prominentes, extrorsum foramine pertusae, interpositae sunt. Amphigastria conspicua, triangularia, laciniis distantibus e 2—3 seriebus cellularum formatis, in basi radículas sutorias gerentia.

Observ. *L. repandae* nostrae proxima sed notis supra laudatis primo visu distinguenda. Formas intermedias nunquam vidi.

III.

Phragmicoma Haenkeana Schiffn. n. sp.

(Fig. 4.)

Diagn. Ph. monoica, caule repente, vage ramoso, foliis imbricatis patentibus vel apicem caulis versus obliquis oblongo-ovatis, integerrimis, margine dorsali et apicem versus subundulatis, margine ventrali inflexo sinuato-complicato lobulum oblongum inflatum uno vel duobus dentibus retroflexis instructum efformante, amphigastriis contiguis majoribus rotundis integerrimis marginibus subundulatis vel planis apice interdum leniter repandis, antheridiorum spicis terminalibus vel rarius lateralibus, perianthiis in ramulis lateralibus brevissimis, cordato-cuneatis a ventre depressis subtus uni-carinatis carina laevi dorso planis vel concavis marginibus lateralibus laevibus vel inaequaliter subrepandis, apice in tubulum constrictis, foliis involucrialibus difformibus foliis caulinis longioribus, oblongo-lanceolatis acutis basin versus margine ventrali subinflexis plica angusta, amphigastrio involucriali difformi majore plano apice bicuspidato marginibus irregulariter subdendatis.

Habitat in regno Mexicano ad ramulos (et folia) *Randiae Mussaendae* D. C.

Descr. Planta Radulam complanatam magnitudine adaequans vel superans, arte repens. (Fig. 3.) Caulis dichotomus et irregulariter pinnatifidus. Folia imbricata, se invicem tegentia, patentodivergentia vel apicem caulis versus oblique erecta, rotundato-ovalia, integerrima subundulata. Lobulus involutus, inflatus, fere conicus, major, duobus (rarius unico) dentibus retroflexis praeditus. Folia apici caulis proxima angustiora longiora, lobulo angustiore, longiore edentato. Contextus cellularum cellulis aequalibus ellipticis circuitu noduloso-incrassatis compositus. (Fig. 3 f.) Amphigastria majora sese invicem margine anteriore tegentia vel libera integerrima vel apice subrepanda, foliis duplo vel triplo minora, e dorso maximopere stellatim radicania, radiculis sutoriiis flavis vel fuscis. Folia antherifera conferta difformia lobo superiore majore subacuto, basi saccata. (Fig. 3 g.) Perianthia elongato-cordata depressa dorso plana vel impressa (Fig. 3 c), ventre unicarinata, carina laevi (Fig. 3 b), marginibus anticis in utraque latere saepe productis, marginibus lateralibus inconspicue repandis apice tubulatis.

Folia involucralia longe lanceolata foliis caulinis longiora etiam perianth. longitudine superantia, acuta lobulo subnullo, basi enim margine ventrali nonnisi subinflexa. (Fig. 3e.) Amphigastrium involucrale permagnum, perianth. longitudine fere adaequans apice acute bicuspidatum, cuspidibus strictis erectis medio sulco carinam perianthii excipiente instructum, marginibus lateralibus subrepreando-denticulatum. (Fig. 3d.)

Observationes: Ph. Haenkeana sectioni prima (sec. Syn. Hep.) attribuenda est. („Perianth. a tergo compressum, ventre carinato, dorso laevi, ore bilabiato marginibusque nudis“.)

Ph. Haenkeana eximia species est singulari difformitate foliorum involucralium et amphigastrii involucralis.

Ph. teretiusculae Lindb. et Gottsche forma foliorum aliisque notis similis sed notis supra citatis, amphigastriorum perianthiorumque forma satis diversa.

Difformitate fol. involuc. et amphigastr. invol. etiam perianthio unicarinato in *Thysananthos* nititur, a quibus enim habitu, amphigastriorum caulinorum forma aliisque notis longe distat.

Cl. Lehmann plantam a me descriptam pro *Jungermannia transversali* Sw. (= *Lejeunia transversalis* N. ab E.) habebat, quae autem perianthiis ciliatis primo intuitu differt. *Jungermannia transversalis* N. ab E. (= *Phragmicoma bicolor* N. ab E.) pariter perianthii 8–10-striati structura diversa.

(Schluss folgt.)

Originalberichte über botanische Reisen.

Vegetationsbilder aus dem südlichen und mittleren Persien.

Von

Dr. Otto Stapf.

Da es mir die Verhältnisse nicht erlaubten, alsbald nach meiner Rückkehr aus dem Oriente an eine gründliche Bearbeitung der reichen, von mir mitgebrachten Ausbeute zu gehen, so beschränke ich mich für's erste darauf, in lose zusammenhängenden Skizzen eine Reihe von Vegetationsbildern aus dem südlichen und mittleren Persien zu geben, wie sie mir zur Charakterisirung einzelner Abschnitte der Pflanzenwelt jenes Gebietes am passendsten erscheinen. Es ist selbstverständlich, dass diese Schilderungen keinen Anspruch auf Vollständigkeit und auf jene gründliche Ausarbeitung erheben können, welche auf Grund eines kritischen Studiums des aufgesammelten Materiales gefordert werden könnte



ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanisches Centralblatt](#)

Jahr/Year: 1886

Band/Volume: [27](#)

Autor(en)/Author(s): Schiffner Viktor Ferdinand auch Felix

Artikel/Article: [Wissenschaftliche Original-Mittheilungen.
Observationes de exoticis quibusdam Hepaticis 207-211](#)